

substitui nec indirectè, nec vulgariter. eod. Vide, *Spiritus Incestuosus. Naturalis.*

Mulier suspecta hæres institui non potest. f. 63. n. 288. Religiosi quinam possunt Hæreses institui, aut ex Testamento accipere, vide, *Religiosus. Societas JESU.* Quibus modis possint plures Hæreses æqualiter vel inæqualiter institui, vide, *Hæreditas.*

### Testamentum Parentum.

In Testamento alicujus habentis liberos, proximi gradu in potestate constituti utriusque sexus vel instituenti, vel exheredandi sunt. f. 86. n. 383. Et hoc etiam probabilis in Testamento matris requiritur, ut querelâ inofficiosa non sit opus. 384. & seqq.

Quomodo filij illegitimi Naturales institui possunt, vide, *Illegitimi.*

Probabile etiam est, non sufficere ad valorem exheredationis, causam esse Testamento insertam, sed insuper debere esse probatam, adeoque in Testamento Parentum *Querelam Inofficiosa* hodie esse sublatam. f. 87. n. 385. de quo plura in v. *Querela Inofficiosa.*

Valet tamen Testamentum, in quo filius præteritus est, quoad legata, fideicommissa particula, & donationes mortis causâ. f. eod. num. 387. Si quidem pater scivit se habere liberos, secus, si ignorasset, & legata essent profana, tunc enim ex præsumpta voluntate conditionata nõ deberentur, ne quidem si clausula Codicillaris adjecta esset. ol. 38. n. 391. & seqq.

Testamentum paternum, quo emancipatus est præteritus, seu non legitime exheredatus, est ipso jure nullum, adeoque tali competit Jus dicendi Testamentum nullum, durans 30. annis, nec habet opus remedio prætorio possessionis bonorum contra tabulas, quod solum uno anno durat. f. 89. n. 393. & seqq. ubi casus.

Idem Jus dicendi Testamentum nullum, competit adoptato ab ascendente præterito. f. 90. n. 398.

Ut Testamentum Parentum subsistat, tenentur liberos suos tam masculos quam feminas, tam filios quam nepotes, (mortuis eorum Parentibus) tam suos, quam emancipatos, legitime natos, & legitimos, adoptatos ab ascendentibus, mater etiam illegitimos instituire, vel nominatim exheredare, causamque probare. Legitimi post factum Testamentum, ad minimum impunt Testamentum sicut posthumi præteriti: imò probabiliter est ab initio nullum. Aerogati præteriti quatuor cosequuntur. f. 90. n. 398.

Tnetur pater naturalis etiam hæredem instituire, vel exheredare filium ab alio adoptatum, qui proinde potest utriusque hereditatem adipisci. fol. cod. n. 401.

Quantumcumque Legatum filio relinqueretur, si non institueretur hæres, posset Testamentum dicere nullum. f. 91. n. 402. Neque sufficeret, fuisse Hæredi substitutum, adhuc enim, salvis legatis,

### T.

Testamentum esset nullum, & filius succederet ab Intestato. n. 403. Item non sufficeret, fuisse alios liberos, & nullum extraneum institutum: nam ut nullus præteratur, est de substantia Testamenti inter liberos. n. 404.

Etiam si in tali Testamento apposta esset clausula Codicillaris ex Voluntate Testatoris, filius non gravaretur fideicommissò, ob istud probum patris affectum, quo operatus esse convinceretur, si se scivisset, si se nescivisset, Testamentum esse nullum. f. 92. n. 406. Aliud tamen probabiliter dicendum, si causa pia esset instituta. fol. 94. n. 421.

Si filius præteritus abstinere ab hereditate, sustinetur Testamentum, & hæres scriptus succedit, adeoque filio præterito fuit acquisita hereditas sub conditione resolutive, quatenus postea fingitur ab initio statim valuisse, & ideo fructus omnes, qui interim hæreditati accesserunt, ad Hæredem scriptum pertinebunt. f. 93. n. 413.

Non possent tamen filius hujusmodi Testamentum firmare antecederent renuntiando hæreditati. f. eod. n. 414.

Jure Bavarico sunt liberi instituenti in eo, quod jam acceperunt, non obstante renuntiatione, alioquin Testamentum non valet. fol. 94. num. 415. in fine.

Filio legitime exheredato, Nepos non potest impugnare Testamentum: cum vivo patre nihil illi debeatur, nec in locum patris intret. fol. cod. num. 416.

Testamentum militis non gaudet privilegio prætereundi filium in Testamento. f. eod. n. 419.

Si filio minus legitime relicto est titulo institutionis, Testamentum quidem sustinetur, sed competit filio actio ad supplementum legitimum. f. eod. n. 420.

De Posthumo instituenti, vide, *Institutio Posthumi.*

### Testamentum Filiorum.

Vide, *Institutio Parentum.*

De Filiorum exheredatione, vide, *Exheredatio.*

### Testamentum Inofficiosum.

Quomodo definiatur in ordine ad Jus Remedium quod dicitur: *Querela Inofficiosa*: vide, *Querela Inofficiosa.*

### Testamenti Executio.

Testamentorum Executores alij sunt Testamentarii, alij Legitimi, alij Dativi. Alij Universales, alij Particulares. Universales sunt, quando nullus Hæres in particulari persona institutus est, sed anima defuncti, ad quam voluntatem exequendam aliquis nominatur. nullo nominato, traduntur bona distribuenda Episcopo. f. 156. n. 674.

Executores esse possunt Clerici: item Religiosum consensu Superioris. & tenentur rationem reddere Episcopo, quantumvis generaliter exempti, non item specialiter exempti. Religiosi Societatis JESU jubentur in suis Constitutionibus abstinere

### T.

abstinere, nisi à Generali dispensetur in casu majoris momenti. f. eod. n. 677. Minores S. Francisci solum possunt præbere consilium. eod.

Femina potest esse Executrix Testamenti. f. 157. num. 676.

Executor debet decimumseptimum annum excoelisse. eod.

Ad Executionem nemo cogi potest, acceptata tamen amplius repudiari non potest. fol. eodem. num. 678.

Recusans Executionem amittit, quod illi in præmium relicto est, & illud alijs Executoribus accrescit. f. eod. n. 679. Uno vel pluribus recusantibus, possunt ceteri exequi, nisi Testator contraxerit. eod.

Executor Universalis, alio hærede scripto, potest distrahere bona ad implendam Defuncti voluntatem. f. eod. num. 680.

Munus Executionis non transmittitur, quando est electa industria personæ. f. eod. n. 681.

Nec Episcopus cum consensu Executorum, nec contra, possunt mutare dispositionem Defuncti, quando ea potest impleri: A Sede Apostolica hoc fit ex justa & necessaria causâ, quod etiam Supremi Principibus secularibus concessum. fol. eod. num. 681.

Quando dispositio commodè impleri non potest, commutari potest ad sustinendum legatum. fol. 158. n. 682.

Ad Episcopos domicilij Defuncti spectat urgere Executionem Testamentorum quoad causas pias. f. eod. n. 683. Quod etiam ad causas profanas probabiliter extenditur. eod.

Executio faciendâ est quoad causam piam intra 6. menses ab institutione Testamenti numerandos, Alioquin fructus & usuras solvere debent. Quoad profana conceditur annus, si Testator nullum tempus designavit. f. eod. n. 684.

Rationes exigende sunt, etiam si Testator prohibuisset. f. eod. n. 685.

Exhibitio Testamenti obtinetur *Interdictio Prætoris de Tabulis exhibendis.* f. eod. n. 686.

### Testator. Testatus.

Quomodo Testator possit diversis modis instituire hæreses, vide, *Hæres. Hæreditas.*

### Tomo 2.

Regula Juris 7. dum ait: naturaliter inter se pugnat: *Testatus, & Intestatus*: non habet hunc sensum, quasi natura repugnet, aliquem partim testatum, partim intestatum decedere, multò minus quòd hoc sit impossibile ex natura rei, (cum permittatur militibus, imò in Belgio Paganis) sed recipit hunc sensum: Ex eo quòd naturaliter repugnet, esse respectu eorundem bonorum testatum & intestatum, Jus anam accepit prohibendi, ne quis paganus etiam pro diversitate bonorum testatus & intestatus decedat; nam Juris fictione hæreditas tota est una indivisibilis, sicut Testator est unus indivisibilis, quæ ab hereditate representat

*Christ. Hann. Repert.*

tur, & per consequens Hæres quoque debet ex uno indivisibili titulo eum repræsentare. f. 68. n. 312. & seqq.

Præterea Regula, quòd nemo possit partim testatus, partim intestatus decedere, est intelligenda, si est in potestate Testatoris, testari de omnibus suis bonis, & in hærede esse potestas consequendi omnia. Alioquin Regula habet exceptiones: fol. 69. n. 315.

An Testator possit hæredis institutionem alieno arbitrio committere, vide, *Institutio in arbitrium alterius concessa.*

### Testis.

#### Et modus probandi per Testes.

#### Tomo 5.

Praxis habet, ut probatus per testes, offerat Scripturam completentem capita suæ intentionis, super quibus petit testes examinari. f. 295. nu. 80.

Actor debet Testes producere super Jure suo, & non præcisè ad probandum, quòd reus nullum Jus in tali re habeat, nisi hoc pertineat ad sum Jus illæsum servandum. f. 296. nu. 81. Reo vero sufficit ostendere, actori non competere Jus præsentium. eod.

Ufus habet, ut testes, priusquam producantur, prius Judici nominentur. n. 82.

Requiruntur testium nominatorum citatio, (alioquin sponte comparentes ferent suspecti) & comparentes sunt producendi intra terminum à Judice designatum. eod.

Non facile plures testes admittendi sunt, quam qui videbuntur necessarij ad plenè & indubitè probandum. f. 296. n. 83.

Si quis quartam testium productionem post priores jam examinatos peteret, non est concedenda, nisi juret, quòd non subtraxerit nec percontatus sit testificationes, vel alius pro eo agens, neque per dolum quartam petat fieri. n. 85.

Si quis ulteriori testium productioni renuntiasset, non extendetur ad testes ignoratos, si probet se ignorasse. n. 86.

Non obstante renuntiatione factâ in prima instantia, integrum est producere testes in secunda instantia, dummodo producenti non innotuerint testificata in priori instantia. f. 297. n. 87.

Si producens plures exhibuit articulos, de quibus tamen omnibus non habent singuli testes notitiam, sed aliqui de hoc, aliqui de illo, consuetudine receptum est, ut hoc ipsum à producente specificetur. n. 88.

Si testes sint aliquo vinculo jurisjurandi obligati producenti, est prius relaxandum vinculum. n. 89.

Solus producens debet testibus ministrare expensas statui illorum competentes. n. 90.

Adversarius Jure petit sibi notificari nomina & numerum testium recipiendorum, & articulos super quibus examinandi. f. 298. n. 93. & seqq.

Si non statim possint testes reprobari, & contra

illos excipi, potest fieri protestatio de illis reprobatis: & tunc etiam post publicationem attestationum potest fieri reprobatio. Quodsi tantum referretur potestas reprobandi, non valet nisi consentiente adversario: & tunc potest approbare eorum attestationem in suum favorem factam. Consulit est, non protestari. Adhuc enim admitteatur ad reprobandum, si juret, se id non facere malitiosè, vel probet, causam reprobandi primùm innovisse. n. 95. & seqq.

Soletis, contra quem testes producuntur, suggerere & offerre Judici interrogatoria astute concepta, & testibus faciendâ ad explorandam eorum sinceritatem in attendendo. f. 299. num. 98. & seq. ubi formula concipiendi.

Si Judex testibus productis de Jure nil obstat, teneatur eos Judex recipere, salvo adversarii Jure reprobandi. Exceptiones statim recipere debet: probationes tamen, si putet expeditè, potest differre post publicationem, quibusdam casibus exceptis. nempe. 1. Si obijciatur excommunicatio. 2. Si capitalis inimicitia, descendens ex lite criminaliter inter illos mota. 3. Si causæ qualitas non patiatur dilationem. In his casibus prius recipiendæ probationes vitiatorum, quam testes recipiantur. f. 300. n. 102. & seq. In dubio consultius est ut differantur probationes. n. 105.

Receptio testimonii regulariter faciendâ est post litem contestationem, & ceteros actus præliminares. Exceptis excipiendis. n. 107.

Si probabiliter timenda est mors propinqua testis, potest ante litem contestationem recipi, citato adversario, si citari potest: sin minus, conveniendus intra annum, vel saltem illi renuntiandum, factam testimonii receptionem: alioquin attestations non valent. f. 301. n. 108. & seq.

Idem dicendum, si testimonium diuturnâ absentia timeatur. n. 110. Vel oblivio eorum quæ testificanda sunt. n. 111. Vel si casus contigisset in loco remoto. n. 112.

Quandoque etiam, causâ & circumstantiis exigentibus, possunt testes examinari ante omnem alium actum Judiciale ad perpetuam rei memoriam. n. 113. ubi vide Solemnitates. & n. 115. ubi vide casus. In his casibus non est opus attestations publicari. n. 117.

Citatio testis non est de substantia Legitimi Testimonij, sed ne ultra se ingerens reddatur suspectus. f. 302. n. 118.

Est tamen de substantia Testimonij, ut Judex partem adversam citet ad videndum, recipi & jurare testes in casibus, in quibus Jura requirunt citationem. f. 303. n. 120.

Hæc citatio censetur sufficienter facta, si parti producenti, præsentè parte adversâ, certas dies assignatus esset ad producendum testes. n. 121.

Citatio partis esset etiam tunc necessaria, si persona aliqua domi suæ esset examinanda. num. 122.

Non tamen requireretur, si testis reproduceretur solum ad declarandam suam priorem testificationem, sicut non de novo tenetur jurare; n. 123.

Si Principalis citatus habet Procuratorem non citatum, comparent Principali, nec Procuratore contradicente, receptio valet, secus non valet. f. 303.

Casus quo testes fuissent, ex defectu citationis, nulliter examinati, nihilominus etiam post factam depositionum publicationem possent in eadem de novo produci, & interveniente partis citatione de novo recipi & examinari. n. 126.

Testem productum & citandum à loco Judicij absentem, debet Judex, per se loquendo, (si suæ Jurisdictionis est) ad locum Judicij vocare servatis servandis. f. 304. n. 128. Vel saltem committere examen administratoribus illius loci. n. 129. Si verò sit extra Jurisdictionem Judicis litigantium, mittendæ sunt litteræ Compulsis. n. 130.

Non solum absentis, sed etiam in Judicio præsentis testis examen, potest alteri idoneo delegari ex gravi causâ. f. 304. n. 131.

Is cui examen delegatur, debet omnia quæ circa testes observavit, quibus eorum fides minus potest, in Acta referre, & ad Judicem dirigere. f. 205. nu. 132. Potest quidem adhibere aliud ad excipiendas scripto de positiones, sed non subdelegare examen. n. 133. Debet recipere protestationem adversarii super reprobatione testimonii. n. 134. Quomodo in Camera Commissiones fiant ad audiendos testes, & quid Commissariis observandum, vide f. 305. n. 135. & seqq.

Omnis de Jure idoneus ad ferendum Testimonium in vitis cogi potest, nisi sit privilegiatus vel ratione personæ, vel ratione causæ. f. 306. n. 143. Modus cogendi habetur eod. Privilegiati sunt senes, valedudinarii, milites, absentes Reipublicæ causâ, aut aliter venire impediti; nisi veritas alteri haberi non possit, & hoc jurejurando consisti. n. 144.

Respective privilegiati sunt ne cogantur testificari, uxor contra maritum, gener contra locum & contra. sponsus filix adversus patrem sponsæ, & contra: vitricus, privignus, sobrinus, & sobrina, & sobrinus natus, & qui priore sunt gradu, liberis contra patronum patronamve, aut liberis, parentes, maritum patronæ, vel uxorem patroni & contra. f. 307. n. 145. seq.

Clericus in causis civilibus cogi non potest, nisi quando veritas alteri haberi non potest. n. 147.

Proxenetæ seu Mediatores cogi possunt respectu personarum inter quas agunt proxenetam si utraq; pars consentiat. n. 148. altero dissentiente ne quidem volens admitteat. n. 149.

Si commissarius possit cogere testes, non est necesse, quod posita sit clausula de cogendis testibus. fol. 308. n. 151.

Jure

Jure Ecclesiastico compelluntur Censuris: Jure Civili, multâ pecuniariâ, vel captis pignoriibus. nu. 152.

Examen testimonii instituendum est in loco Judicij, nisi qualitas personarum examinandarum aliud exigat. fol. 308. n. 153.

Cum testi non jurato regulariter non credatur, ab initio examinis statim exigendum iuramentum. fol. 309. n. 154. Possunt tamen partes remittere. n. 155. Et quosdam consuetudo eximit, ut Illustres. Formam iuramenti vide nu. 157.

Actus Juramenti præstiti referri debet ad Acta, expressâ die, ut appareat, testes jurasse, die iuridicâ. n. 158.

Singuli testes, exclusi alijs, examinandi sunt, Notario præsentè, qui depositiones ad Acta referat. nu. 159.

Factâ admonitione de gravitate perjurijs, sedens examinandus super interrogatorijs generalibus: deinde super articulis, arbitrio Judicis transponendis. nu. 160.

Si Judex aliqua interrogatoria à parte exhibita præmitteret, attestations tamen super examinatis valet: & parti Jus esset, ut exigeret examen super omnis, etiam post publicationem attestations. nu. 161.

Testis habens loquendi facultatem, debet ore tenus testificari: non habens scripturâ imperitus alijs signis. fol. 309. nu. 162. Testimonium scripto exceptum, debet Notarius testi iterum prælegere, ut emendate possit. fol. 310. n. 163.

Factâ à partibus renuntiatione utriusque productionis, solet Judex in partium præsentia denuntiare, attestations haberi pro publicatis, permittendo partibus eorum copiam fieri. Et tunc quæ gesta sunt, Notarius ad Acta referat. fol. 310. n. 164.

Attestationibus non publicatis si sententia ferretur, nec pars condemnata opponeret, valet. n. 165.

Effectus principalis huius publicationis est, quod nec testes priores, nec novi alii recipi possunt super iisdem articulis, ob periculum subornationis. f. 311. n. 166. Super novis Articulis ideo recipi non possunt, quia super illis Jus non est contestata. fol. 312. n. 171. Et hæc tam Jure Civili, quam Canonico procedunt. n. 172. Item procedunt, etiam si publicatio non esset rite facta. n. 175. Quodsi constaret, partes non didicisse attestations, cessaret ratio, & effectus publicationis. fol. 313. n. 176. Quodsi solum probabile esset, possent pars admitti ad iuramentum. n. 177.

Si receptio testimonii iure ipso nulla, non excluderet ulterior receptio & productio post publicationem, bene tamen, si fuit valida quidem, sed ope exceptionis irritabilis. fol. 313. n. 178.

Si pars adversa volens post publicationem producere novos testes super articulis directò contrarijs, simul se offerat ad probandum, quod testes adversarii fuerint corrupti, esset admittendus ad Probandum & reproduendum. n. 179. Super at-

ticularis indirectè contrarijs tunc admittendus esset, si ab initio non potuit desuper sufficienter esse instructus. n. 180.

Minor & Ecclesia possunt adversus omniâ probationem restituere in integrum. n. 181.

Et causâ matrimonialis est in hoc puncto specialiter privilegiata in favorem matrimonii. nu. 182.

Judicis etiam arbitrio relinquatur, an videatur post publicationem esse novos testes recipiendos, & hoc ex officio, non præcisè ad instantiam partis. fol. 314. num. 183.

Valeret etiam receptio novorum testimonii, si pars adversa non opponeret exceptionem, ob jam didicatas attestations, imò contra testem valde legalem non possent pars rationabiliter excipere. nu. 184.

Factâ publicatione attestations, partibus perentibus Copia danda, Originali apud Notarium asservato, num. 185. Deinde assignatur terminus, intra quem partes disputent de Attestationibus. num. 186. nisi contra personam testimonii exciperetur. eod.

Testis omni exceptione major est, cui quicquid obijciatur, frivolum apparet: & talis præsumitur, donec de contrario constet. f. 315. num. 189. Si exceptio negligatur à parte, censetur renuntiare Juri excipiendi, & depositio tenet. n. 190.

Testes Reprobarij possunt per reprobariorum reprobarios reprobari, sed non ultra. f. 316. num. 192. Depositiones etiam per Instrumenta reprobari possunt. n. 193.

Testis reprobari non potest tanquam inidoneus, si tempore juramenti & depositionis fuit idoneus, etiam si medio tempore fuisset inhabilis. n. 194.

Capitalis inimicus non est idoneus testis adversus inimicum. f. 316. n. 196. ubi n. 197. referuntur species inimicitie capitalis. Sufficit autem probari causam inimicitie. num. 198. & nihil interest, quis fuerit causa inimicitie. f. 317. n. 199. Neque exceptioni obstat, si inimicus paulo ante productionem fuisset reconciliatus, præsertim præcepto Superioris. n. 200. Nec Principis Constitutione sanciri posset, ut inimicus admitteretur in testem. num. 201. Duo testes inimici inimicitia levi, facerent semiplenam probationem. n. 204. Hæc omnia procedunt, nisi alter malitiosè causam dedisset inimicitie, ut non possent contra se in testem produci. n. 205.

Parentes non possunt esse testes in causâ Civili liberorum, nec e contra. f. 317. num. 206. ubi exceptiones. & num. 208. quid possunt testificari in causis matrimonialibus.

Frater in causâ fratris potest esse testis omni exceptione major. 1. Si sit spectatæ fidei & Religionis. f. 318. 2. Si producat inter duos fratres. eod. 3. Si concurrat alius testis summè legalis. n. 211. 4. Si à tertio contra fratrem producat, & pro fratre testetur. eod. 5. Si natura causâ admittat testimonium domesticum. eod.

Econtra

Econtra testificatio fratris pro fratre nihil probat. 1. Si à fratre producat. 2. Si vivat in communione. 3. In Testamento, in quo frater haeres institutus. 4. Si lis sit ob injuriam uni fratri illatam, etiamsi solum civiliter agatur. 5. Si causa Civilis sit ardua Judicis arbitrio. n. 212.

Quod de fratribus dictum, cum proportione de consanguineis dicendum, usque ad 3. vel 4. gradum, Judicis arbitrio. n. 213.

Idem cum proportione dicendum de Conjugibus & Sponsis. num. 214.

Quoad Generum & Socerum, Judicis arbitrio pensanda est affectio, quanta sit de presenti. f. 319. num. 215.

Affines in linea ascendente & descendente, possunt sibi invicem esse testes, sed non omni exceptione majores durante matrimonio. Idem dicendum de fratre pro uxore fratris, vel marito Sororis. num. 216.

Amicus pro Amico est omni Exceptione major, nisi esset specialis amicitia, fundans suspitionem. num. 217.

Familiaris regulariter pro Capite familiae testis esse non potest. n. 218. Limita 1. Nisi constaret esse alienum à perjurio. 2. Nisi res domi gesta esset, nec posset per alios probari. 3. In factis antiquis. 4. Si plures Domestici uniformiter deponant, nec poterunt subornari. 5. Tacite approbatus ab adversario. 6. Si tempore examinis desit esse Domesticus. n. 221.

Subditi possunt pro suo Principe vel Superiore ferre testimonium omni Exceptione majus, & contra ipsam. n. 222.

Colonus partarius potest esse testis pro domino, si non redundet commodum in ipsum. Alij habentur pro domesticis. n. 223. Item Vasallus pro domino. f. 320. n. 224.

Singuli de Universitate possunt esse testes in causa, quae secreto tractari solet. n. 225. Si solum per accidens, non sunt omni Exceptione majores. num. 227. In hoc casu insuper considerandum est, an agatur solum de commodo & interesse totius Communitatis quae talis, & non singulorum, tunc sunt omni Exceptione majores. num. 228. ubi exempla. Secus non sunt idonei testes, quia in propria causa. nu. 230. & seq. ubi exemplum elegans.

Concanonicus est testis omni Exceptione major. f. 323. num. 233.

Tutor (idem de alio Administratore dicendum) non potest esse testis in causa pupilli, si actor sit constitutus à Tutore, si ve à Judice ad instantiam Tutoris. nu. 234. Bene tamen, si causa agitur per Curatorem à Magistratu dato ad litem, vel ab uno Contutore, vel Actore ab alio à Contutore constituto, dummodo absit fraus. num. 235.

Ob affectionem ad causam Venditor non potest esse testis pro Emptore, quando tenetur de evi-

tionem, vel saltem ad pretium refundendum casu quo Emptor succumbat. f. 322. n. 237.

Neque fidejussor potest esse testis pro debitore principali. n. 238. Sic nec Correo pro Correo. n. 239. Neque Advocatus pro cliente postquam ejus causam pro salario suscepit. n. 240.

Judex testificari potest in causa à se cepta, sed ad aliam devoluta, & de illis quae coram se gesta sunt, dummodo non fiat suspectus ob laudem vel vituperium imminens ex tali causa. f. 323. n. 141. Secus si Sententiam tulit. n. 242. Potest tamen à Judice appellationis pro instructione examinari de ijs, quae alijs non sunt nota, & adhiberi ad solennizandum instrumentum de coram se gestis. f. 323. n. 243.

Qui causam similem habet, non potest esse testis pro habente similem causam. n. 244.

Creditor potest esse testis omni exceptione major pro suo debitore. n. 245.

Criminosus in crimine perseverans (hoc est, de gravi non agendo notorium penitentiam, vel leve frequentando) Jure Canonico non admittitur pro teste. f. 323. n. 246. Jure Civili repellitur, si ex crimine redditus est infamis. n. 248.

Accusatus pendente accusatione, imò & condemnatus pendente causâ per appellationem, potest esse testis. f. 323. n. 250. Non tamen incarceratus ob crimen infamans. n. 252.

Si veritas aliter haberi non potest, nisi per Testimonium criminosis infamiam infamiam Juris, admittitur cum tormentis. n. 253.

In quibusdam gravioribus admittitur infamis. 254. Infamis tantum infamia facti in causa civili non omnino repellitur, fides tamen non est integra. n. 255.

Excommunicatus quamvis non hoc ipso incurrat infamiam Juris, est tamen, regulariter loquendo simpliciter inhabilis, etiam in Judicio seculari. 257. In casu quo veritas aliter haberi non potest, & ipse negare excommunicationem esse validam, esset ad cautelam absolvendus. n. 258. Admittitur etiam in causa haeresis: & si instrumento est desertus testis, neque tunc fuit excommunicatus. eod.

Perjurus est inhabilis ad testandum. n. 260. & f. 439. n. 887.

Redemptor litium & continuus Litigator, tanquam suspectus repellitur. f. 325. n. 261.

Personae viles etiam in civilibus causis repelluntur à dicendo Testimonio. n. 262.

An quis possit tempore lici intervalli testari de eo quod vidit tempore furoris, Judici arbitrandum est ex qualitate furoris. f. 325. n. 264. Idem de prodigo dicendum. n. 265.

Pupillus pubertati proximus, non est testis omni exceptione major. n. 266. Infantia proximus omnino inhabilis. eod.

Cæcus testari potest de ijs quae ante cecitatem vidit: de auditis in cecitate arbitratu Judicis, an auditus falli moraliter poterit. 326. n. 267. Idem de muto

de muto

de muto non suto, & signis utente, dicendum. nu. 268.

Servus non nisi in defectum aliarum probationum testari potest. n. 269.

Clericus & Religiosus non nisi de licentia Superioris potest testificari apud Judicem secularem, in defectum testimonium secularium. n. 270.

Judæus contra Christianum testificari non potest. n. 271.

Vasallus in causa civili non potest testificari contra Dominum. n. 272.

In omnibus causis, ex quibus potest excipi contra Judicem, potest etiam excipi contra testem. n. 273.

Duo testes, quamvis non omni exceptione majores, regulariter sufficiunt ad plenam probationem, quamvis seorsim non faciant semiplenam probationem, ut omni exceptione majores. f. 327. n. 274.

Ad probandam solutionem debiti in defectum Apocbae, (cujus deperditio per casum fortuitum probari potest per duos testes) requiruntur quinque testes. f. 327. n. 275. Debet esse rogati ad videndam solutionem. n. 276.

In casu mutui, vel depositi, vel alterius contractus ex scriptura probandi, pro circumstantiarum diversitate diversus etiam testimonium numerus requiritur. nu. 277. & seq. ubi vide accuratam resolutionem.

Ad interrumpendam Praescriptionem absentis vel difficultis conventionis, requiruntur tres testes de intentione domini conveniendi possessorem, & impossibilitate conventionis. f. 328. n. 279.

Ut mulier fidejussione obligetur, requiritur subscriptio trium testimonium & confessio, quod aliquid pro fidejussione accepit. n. 280.

In confectioe Inventarij, in absentia eorum quos res concernit, praeter tabellarium adhibendi sunt tres testes, nisi loci consuetudo aut Statutum aliud habeat. f. 329. n. 281.

Depositio unius testis sufficit, quando nemini nocet, & producenti prodest. n. 282. ubi exemplum.

Item, ad praesumptionem impedimenti matrimonij necesse contracti. n. 283. ubi n. 284. vide plures casus in quibus solet uni testi credi.

Testis debet allegare causam suae scientiae, v. g. quod vidit contractum celebrari. f. 330. nu. 285. Quod si Judex contentus assertione actus, non querat de causa, foret sufficiens si Adversarius acquiesceret. n. 288.

Testes exprimentes causam, ceteris paribus praefertendi sunt non exprimentibus causam, quamvis praesumantur expressuri fuisse, si fuissent interrogati. n. 289.

In certis casibus Expressio Causae est de Substantia Testimonij, quos vide n. 290.

Depositio testis asserentis se ita ab alio audivisse, regulariter nihil probat. f. 331. n. 291. Exceptionem vide n. 292.

Quando agitur de prioritate vel posterioritate, testis debet exprimeret illud tempus pro quo probando producit, alioquin non probat intentum. u. 293.

Quando Substantia rei sufficienter probatur per certum annum, etiamsi ignoretur dies, imò mensis, non est necesse, ut testis certum diem aut mensem nominet, nisi hoc Jus requiret. n. 294. ubi exemplum.

Ut testes probent anteriorem hypothecam, debent deponere de hora prioris. n. 295.

Testis de credulitate nihil probat, nisi asserat rationem credulitatis ex ijs, quae sensu corporis percipit. f. 332. n. 296. & seq. vide exceptiones.

Testes singulares strictè accepti, hoc est non de eadem re, sed de diversis deponentes, non probant. f. 332. n. 298. ubi n. 299. & seq. vide declarationem singularitatis.

Si testes ab eodem producti sunt contrarij, v. g. duo pro producente, tertius contra, hic non enervat priorum testimonium, sed perinde est, ac si non fuisset productus. f. 334. n. 303.

Testes digniores praefertuntur minus dignis, etiamsi sint pauciores, & sententia pro reo, dummodo numerus minus dignorum non sit valde major. n. 304.

Testibus verisimiliora deponentibus magis creditur. n. 305.

Ex testibus sibi pari numero contrarijs, praefertuntur illi, qui deponunt pro illa parte, pro qua Judicibus pari numero discrepantibus, ferenda est sententia. f. 335. n. 307. ubi Exempla.

Ceteris paribus plus creditur testi deponenti pro re quae aliquam habet pro se praesumptionem. n. 308.

Testes deponentes pro antiquiore possessione praefertuntur testibus deponentibus de recentiore possessione, si pro hac non allegatur titulus. n. 309.

Testes deponentes de metu, praefertuntur testibus de libertate actus, non negantibus adhibita fuisse terribilimenta. f. 335. n. 310.

Testis deponens pro actu universalitate, praefertur deponenti solum indefinite, seu de quibusdam actibus. n. 311.

Omnibus ceteris paribus, judicandum pro parte pro qua stant plura testimonia. nu. 312. Si par est numerus, pro reo judicandum. n. 313.

In dubio, an testes sint contrarij, debet Judex laborare, ut si fieri potest, eos concordet. f. 336. n. 315.

Testis à reprobande aliquando in testem productus, non potest ab eodem reprobari, nisi ex nova causa, vel ex causa speciali v. g. consanguinitatis. n. 317. & seq.

Testis à me non reprobandus in alia causa, sed nec tunc positive approbatus, potest in alia deinde reprobari. n. 319. Reprobatus autem ex causa particulari, potest à me produci, nec ideo ab Adversario reprobari. f. 337. n. 320.

Produci potest testis in causa civili, qui aliquando a iudice fuit proprio motu reiectus, inde tamen non est reddendus penitus inhabilis. n. 321.

Defectus testis non omni exceptione maioris potest suppleri per concursum testis omni exceptione maioris positivè. n. 322. idem per alia probationum administrata. n. 323. vel quia veritas per alios haberi non potest. n. 324.

Cui mandata est testium receptio, non hoc ipso madata est examinatio, bene tamè contra. Item cui commissa est examinatio testium probatorum, non hoc ipso etiam reproboriorum. f. 406. n. 698. & seq.

## Tomo 6.

Testis, qui ad dicendum verum pecuniam accepit, et si falsum non committat, incidit tamen in poenam falsi, præsertim si iuravit, se non dicturum testimonium ob pecuniam acceptam. f. 99. n. 181.

Ad plenam delicti probationem non sufficit solius Principis assertio, quod sibi ex aliorum Principum relatione constat, & delictum sit notorium. fol. 252. n. 222. Imò nec si Princeps testaretur de proprio visu. n. 123.

Unicus testis etiam de facto proprio & contra scriptum deponens, in præjudicium tertij non facit plenam probationem, nisi aliqua præsumptione, vel alijs administratis adjuvetur, iudicis arbitrio æstimandis. fol. 252. n. 225.

Duo testes omni exceptione majores sufficientes ad condemnandum, nisi Statutum obstat. n. 226.

Testes alioquin de jure inhabiles, admittuntur tamen in probandis illis delictis, quæ ex natura sua communiter probari non possunt nisi per testes inhabiles. f. 253. n. 227. ubi exempla. Et tunc habentur tanquam integræ fidei, dummodo inhabilitas non proveniat ex inimicitia. eod. & n. 228.

Item admittuntur in criminibus atrocibus, quæ ideo vocantur Excepta, ut Hæresis, Læsa Majestas, Latrocinij. n. 229. Non admittuntur tamen ad probanda administrata & questionibus præjudicialia. fol. 254. n. 230.

Quando autem testium inhabilitas provenit ex defectu fame vel status, opus est, ut deponant in Tortura. n. 231.

In Criminibus, in quibus testes alioquin inhabiles non admittuntur, debent ita esse habiles testes, ut sint omni Exceptione majores, faciãtque singuli plusquam semiplenam probationem, ob magnam legalitatem. f. 255. n. 232.

Contra inimicum Accusati admittitur accusati Exceptio. n. 233. quæ neglecta faceret semiplenam probationem. n. eod.

Inhabilitas proveniens ex inimicitia, ne quidem per torturam purgari potest. f. 256. n. 237. Bene tamen in articulo mortis, cum Sacramentorum & juramenti interventu, & in defectum aliarum probationum. num. 238.

Inimici depositio potest sufficere saltem ad generalem inquisitionem. n. 239.

Opposita inimicitia capitali, statim in Criminali causa (secus in civili) audiendus est reus op-

## T.

ponens, & probationem in continentem offerens. f. 257. n. 240. Etiam ipse causam dederit. n. 241. Inimicitia modica non constat testi. n. 242. Reconciliatus receter, potest etiam repelli: si pridem, non est omni Exceptione major. num. 243. Testis utriusque inimicus, adhuc videtur posse repelli. num. 244.

Consanguinei & Affines accusatoris non admittuntur contra extraneum. num. 245. Nec possunt cogi ad testificandum contra consanguineum aut affinem. n. 246. Imò nec in favorem ipsius productus. fol. 258. n. 247. Nisi veritas aliter haberi non possit. n. 248. Quando Judex procedit & non ad instantiam Accusatoris, admittuntur Consanguinei ad defensionem rei. n. 249.

Si conjuncti testentur contra conjunctum, fidem faciunt. n. 250.

Quod de Consanguineis dictum, etiam in conjuge procedit. n. 251.

Domestici etiam repelluntur in Criminalibus regulariter. n. 252. & seq. ubi limitationes.

Quando contra Domesticos est gravis præsumptio, non sunt unquam admittendi, nisi forte cum tortura. fol. 259. n. 251.

Ad probandam innocentiam Rei, admittuntur Domestici, non tamen ad reprobandum. num. 256. & seq. Neque ad purganda indicia valde gravantia. num. 258.

Domestici examinati ne quidem præsumptionem faciunt pro Domestico, opponente Accusatore. f. 260. n. 260.

Vasallus nullo jure repellitur à dicendo testimonio pro seniore. n. 261.

Infames in Criminalibus admittuntur, quando veritas per alios ex natura delicti aliter haberi non potest. num. 263. Aliàs non faciunt indicium ne quidem ad Inquisitionem, nisi generalem. n. 264. Deponentes plures de proprio testu, contra præsentem faciunt indicium ad torturam sufficiens, contra absentem, ad inquirendum. fol. 261. n. 265. Infames infamiam facti faciunt aliquale indicium. num. 266.

Accusatus vel Inquisitus de crimine gravi, non admittitur nisi in exceptis. fol. 261. n. 267. Neque Incarceratus ob crimen infamans. n. 268.

Ætas viginti & unius annorum sufficit ad testificandum in Criminalibus. n. 269. In crimine læsæ Majestatis, etiam minor quatuordecim annorum. num. 270. Item quando veritas aliter haberi non potest. f. 262. n. 271. Aliàs solum facit aliquale indicium ad iudicis instructionem. n. 272.

Pubes potest testificari de visis in impubertate. num. 273.

Mulier admittitur Jure Civili, etiam in delictis, quorum pena est corporalis. n. 274.

In causa, in qua quis querelavit, testis esse non potest. f. 263. n. 276. Nec Judex finito processu, in concernentibus Justitiam Sententiæ, bene tamen in concernentibus processum & ordinem. n. 278.

## T.

n. 278. Nisi veritas aliter per naturam haberi non possit. n. 279.

Socij nominatio ad interrogationem iudicis, sufficit ad formandam inquisitionem, eamque nominato transmittendam, ut cogatur se defendere. fol. 264. n. 283. Nuanquam tamen sufficit ad torquendum, nisi concurrentibus tribus, quæ vide num. 284.

Juramentum non potest in Criminalibus testi remitti. n. 287.

Testes in inquisitione generali sine juramento audit, possunt in speciali iterum examinari sub juramento. f. 265. n. 286. & seqq.

De Testium Confrontatione cum reo faciendâ, vide Confrontatio.

In quibusdam casibus admittitur testis depositio in scriptura. fol. 267. n. 303. & seq.

Testes singulares non probant plene, nisi in crimine læsæ Majestatis, & vitæ meretriciæ, saltem si procedatur civiliter. fol. 268. n. 305.

Testis obligatur dicere veritatem iudicis interroganti, si oculis vidit committi delictum, etiam si reo promississet secretum. fol. 269. n. 309. In Inquisitione tamen generali non tenetur. n. 310.

Si testis per errorem falsum deposuit, errore deprehensus tenetur ex justitia retractare, si potest absque gravi suo damno, si ex malicia, tenetur etiam cum vita periculo. fol. 270. n. 312.

Testis valde gravatus quod habet noticiam delicti à reo commissi, si tamen non vult edicere, solet urgeri incarceratione in panem & aqua, & denique etiam tortura. fol. 294. n. 414.

## Theſaurus.

## Tomo 1.

Definitur, Vetus depositio pecuniæ a reusve rei mobilis, cujus non exstat memoria, ut jam dominum non habeat. fol. 401. n. 10.

Jure gentium cedit inventor, sed Jure civili aliter statutum est, si enim invenitur medijs illicitis, cedit fisco quoad partem quæ alioquin esset inventoris eodem jure. Si licitis medijs in proprio inventoris solo, cedit totus inventor, si in alieno, sine licentia domini fundi & casu, inventor mediam partem lucratur, altera cedit domino. si de industria quaeritur, totus cedit domino. si cum consensu domini quaeritur, nihil in pactum deducendo, totus cedit fisco. n. 13. Si casu, media pars est inventoris. f. 402. n. 14. hominè tamen omnis locus sacer est sub aëthereo dominio, & ideo idem dicendum, quod dictum de inventione in loco alienius privati. n. 17.

Inventus in loco publico ad neminem spectante, cedit inventor, secus media pars domino loci. nu. 12. Inventus in loco sacro vel Religioso de industria, totus cedit fisco. n. 13. Si casu, media pars est inventoris. f. 402. n. 14. hominè tamen omnis locus sacer est sub aëthereo dominio, & ideo idem dicendum, quod dictum de inventione in loco alienius privati. n. 17.

Christ. Ham. Repert.

Usufructuarius non quæ talis, sed solum quæ inventor, participare potest. n. 18.

Qui sciret thesaurum latere in fundo, possit fundum emere, bonâ scientiâ, eodem pretio, quo ignorantes. fol. eod. nu. 19.

Quia Dominus fundi sit dominus thesauri per ipsam inventoris apprehensionem, potest eum consequi rei vindicatione. fol. 403. nu. 23.

## Tomo 4.

Theſaurus inventus in fundo vendito, sed nec- dum tradito, non est venditoris, sed emptoris. f. 266. n. 69.

## Tigni Servitus.

## Tomo 1.

Est Jus, quo quis ex adibus suis in parietem vicini tignum suum potest imittere, ut in utroque prædio quietat. Tigni nomine veniunt trabes, & oblongi lapides, concaementationes. f. 247. n. 160.

Qui tignum immitteret non constituta servitute, potest non solum actione Negatoria conveniri, sed injuriam passus potest propria auctoritate tignum delicere, vel interdicere eod.

Unius tigni immisi patientiâ non acquiritur imittens ius imittendi alia tigna in aliam parietem parietem, bene tamen, si Servitus indefinitè constituta esset. f. 247. n. 162.

Tigni appellatio venit omnia materia, ex qua ædificia trunt. fol. 421. nu. 119.

## Tortura.

## Tomo 6.

Ad torquendum reum sufficientia indicia minus evidentiâ, quam qua sufficienter & requiruntur ad condemnandum, debent tamen esse prudenter indubitable. f. 225. n. 67. & seqq.

Antequam habeantur sufficientia indicia ad torturam, non licet iudici examinari reum super articulos, inspergere minas tortura. f. 244. n. 184.

Tortura definitur: Interrogatio de crimine commisso per corporis tormenta, ad erudendam ipsius criminis sive causæ veritatem legitime à iudice instituta. f. 280. n. 355.

Torturae usus non solum licitus est, sed etiam necessarius. f. 281. n. 357.

Tortura non est adhibenda reo convicto ad extorquendam confessionem, sed absque hac condemnari potest. f. 282. n. 361.

Praxis torquendi convictum ad obtinendam confessionem, & sic excludendam appellationem, improbat Jure Bayarico. n. 365.

Tortura subiiciendus est deprehensus in crimine, illâque negans. f. 283. nu. 366. De hoc plura vide, Reus.

G g

In gra-

In gravioribus delictis reus nec probans innocentiam, nec volens prestare juramentum purgationis, torqueri potest, in levioribus habetur pro confesso. fol. 278. n. 385.

Tortura, stante aequalitate delicti, debet secundum qualitatem indiciorum, & suspicionum, item secundum conditionem personae, plus aut minus, semel aut saepius, durius aut levius inferri. fol. 287. n. 386.

Semper ita temperanda est, ut Reus maneat intactus irreparabiliter. n. 387. & seqq.

Non est licitum nova tormentorum genera excogitare, nisi Principe consentiente. fol. 288. nu. 389. Usitata tormentorum genera referuntur nu. 392.

Tortura tres praecipui gradus sunt, quibus quando Index utatur, vide fol. 289. nu. 391. & seqq.

Metus tortura potest inferri illis, quorum delictum meretur poenam minorem ipsa toraura, proportionatam tamen afflictioni quam afferret metus tormentorum. n. 395. nisi essent persona privilegiata, ut torqueri non possunt. fol. 290. n. 396.

Impuberes pubertati proximi, quamvis doli sint capaces, reali tortura non subjiciuntur. fol. 291. n. 400. Item nec amens in actuali amentia constitutus. n. 401. Bene tamen Minores. n. 402.

In senibus Judicis considerandi sunt effectus Senij. n. 403. In Valetudinariis circumstantia movibi. nu. 404.

Femina praegnans torqueri prohibetur, item puerpera intra quadraginta dies puerperij, imò quae habet prolem a se lactandam. n. 406.

Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, hodie à tortura exempti sunt. imò & Nobiles. fol. 202. n. 408. Non videntur tamen in criminalibus exceptis, & nefandis. n. 409. ubi vide & alias limitationes.

Ue torture sit locus, debet delictum, cuius veritas inquiritur, esse capitale, & atrox, h. e. illius poena capitalis. n. 411.

Si causa sit quidem civilis, sed annexum habeat crimen capitale, & dignum poena corporali, adhuc est locus torture. fol. 294. nu. 413. ubi exemplum.

In criminibus levioribus possunt Rei quandoque per torture minas, additis etiam praedictis torture terreti, vel juramentum purgationis deservi. n. 415.

Primumquam Index ad torturam perveniat, debet illi regulariter constare de corpore delicti. f. 294. nu. 416. & seqq.

Ad torturam non est perveniendum nisi deficientibus alijs modis probandi delictum. fol. 295. nu. 419.

Convictus de uno delicto, potest torqueri ratione alterius. n. 420. ubi vide declarationem.

De Indicij ad torturam sufficientibus, à Judice per Interlocutoriam pronuntiandum est. fol. 296. nu. 422.

T.

Tortura non est inferenda die festo sacro, nisi bonum Reipublicae non admittet moram. n. 424. Solet plerumque inferri tempore matutino. cod.

Tortura faciendae est gradatim, incipiendo à minoribus. n. 425.

Ex pluribus ejusdem delicti complicibus, ille prius torquendus, qui pro ceteris magis gravatus: ceteris paribus Index ex conditione personae arbitrabitur. n. 426. Unde famina pra maribus. fol. 297. n. 427.

Durante actuali tortura, quae reus faceret, non habent vim confessionis, sed illa, quae faceret, postquam cessat tortura. n. 428.

Quae sic confessus est, examinandus deinde quoad circumstantias. n. 429. & nu. 430. & seqq. ubi exempla afferuntur.

Reus non est interrogandus de criminibus non connexis, & de quibus non est gravatus. fol. 298. nu. 433.

Circumstantiarum veritas Judicis diligenter inquirenda. n. 434. Deprehensio mendacior, reprehendendus, & devotius torquendus. n. 435.

Notarius debet etiam tortura gradum & gravitatem annotare. n. 436.

Quanto tempore tortura continuanda sit, Judicis arbitrio relinquatur, attendit eorum consuetudine. fol. 298. nu. 437. ubi locorum praxis videri potest.

Tortura semel omnibus indicij & circumstantijs commensurata repeti non potest, nisi appareant nova indicia, à prioribus genere diversa. fol. 299. n. 442.

Ultra tertiam torturam procedi non solet in gravissimis delictis, in ceteris non ultra secundam. n. 444. Nisi urgentiora nova indicia appareant. n. 445.

Reus purgatus per torturam indicij, solet ob bonum Reipublicae absolvi solum ab observatione Judicij, & vel simpliciter dimittitur, vel datus de juratoribus de judicio sili. f. 301. n. 447.

Confessio in loco torture facta immediate post torturam, remissa dolore, ratificanda est. fol. 302. nu. 448.

Ratificatio faciendae est in loco à tormentorum aspectu remoto, libero & publico. fol. 302. n. 450. Est exigenda ex intervallo post absolutam torturam, quo dolor desierit. ad minimum, per unum aut alterum diem. nu. 451. Facienda in praesentia Judicis, & duorum Alesorum. n. 452.

Reus revocans confessionem iterum torquendus, nisi deprehendatur error confessionis. n. 453. Non tamen ob revocationem est procedendum ultra tertiam torturam. fol. 303. n. 454. Postquam si reus revocet confessionem, est tamen extra ordinem puniendus. n. 455. Si confirmatam confessionem revocet reus in die executionis, nec affert novam innocentiae defensionem, non suspenditur executio. n. 456. & f. 304. n. 460.

Nolens

T.

Nolens ratificare, nec revocare, sciens non potest quarto torqueri, videtur tamen ratificare confessionem. f. 304. n. 459.

Judex malitiose intendens per torturam homicidium secutum, est puniendus ut homicida. f. 304. nu. 461.

Injuste torto competit actio injuriarum, quae est perpetua. f. 305. n. 462. In dubio stat praesumptio pro reo. n. 465.

Ultra poenam satisfactionis à Superiore puniendus est Index injuste torquens. n. 466.

Torturam praecedere debent Indicia reddentia prudenter reum suspectum. fol. 306. n. 468. Quo sensu autem cognitio Indiciorum sufficientium sit arbitraria, declaratur. f. 307. nu. 469.

Indicia indubitata sunt singula sufficientia ad torturam, non item verisimilia nisi semiplene. fol. 308. nu. 471. ubi differentia declaratur.

Indicium verisimile, nascitur ex moribus antea acta vita, & accedente fama semiplene sufficientia ad torturam. nu. 472. Item ex deprehensione in loco suspecto, vel in loco perpetrati delicti, absentibus alijs. n. 473. Item ex irrationabili conversatione cum facinorosis. n. 474. Item ex precedente inimicitia. f. 309. n. 475. Item ex assertione in articulo mortis. eod. Item ex fuga. nu. 476.

Item ex procedente lite de majore parte bonorum. Item ex vultu & gestibus. n. 477. Ex inconstancia sermonis. n. 478. Ex trepidatione. eod.

Indicia ad torturam scorsim & singulatim sufficientia sunt, quae habentur. 1. Ex re in loco commissi delicti inventa, & prius à delato possessa. f. 310. n. 481. 2. Ex semiplena probatione per testem. n. 483. 3. Ex nominatione socii criminis. fol. 311. n. 484. 4. Ex Rei confessione extrajudiciali. n. 487. 5. Ex minis precedentibus. fol. 312. n. 490. 6. Ex transactione. n. 491. ubi fusiùs declaratur.

In specie sunt quadam Indicia homicidij sufficientia singula ad torturam, quae referuntur f. 313. n. 492. & seqq. Item Infanticidij. f. 314. n. 497. & seq. Item Feticidij. n. 499. & seq. Item Rapinae & Furti. nu. 501. & seqq. Item Incendij. fol. 315. n. 506. Item Proditionis. n. 507. & seq. Item Magiae, Soritilegij, vel Incantationis. fol. 316. n. 509. & seqq.

Ex confessione per iniquam torturam obtenta, etiam postea superveniant Indicia sufficientia ad torturam, non potest Reus condemnari. fol. 317. nu. 512.

Judex potest ad torturam procedere ex Indicij, quae aequivalent expressis in jure. n. 513.

Regulariter Indicia sufficienter probantur per duos testes. n. 514. ubi vide exceptiones.

## Transactio.

Tomo 41

Transactio est de re dubia, lite, aut controversia

Christ. Haun. Repert.

jam mota, non gratuita pactio. fol. 312. nu. 584. In praesenti sumitur pro contractu paciente actionem civilem. Est autem Contractus Inanominatus. f. 313. n. 586.

Quando Sententia transijt in rem judicatam, non est amplius locus transactioni, nisi esse locus restitutioni in integrum, vel alteri exceptioni opponibili, post rem judicatam. tunc enim adhuc est locus transactioni, & multo magis, si non confiteremur esse judicatam. fol. eod. n. 589. Neque potest transactio post rem judicatam juramento firmari. f. 314. n. 590.

Quando Transactio fit simpliciter pactio absque stipulatione, nondum est ipso jure extincta prior actio, sed elidenda est ope exceptionis. f. 314. n. 591. ubi exemplum.

Quando Transactio fit per acceptationem, ipso jure perimitur prior actio, quam alioquin actor praeindebat. n. 592. ubi exemplum. Quando fit per Stipulationem Aquilianam, novantur actiones priores, ex quoque contractu provenientes & dubia; deinde acceptatione accedente penitus tolluntur. n. 593. ubi exemplum.

Si Transactio facta est adjecta stipulatione poenali, ut is, qui fidem non servat, ad poenam teneatur, fidem non servans ad poenam tenebitur. f. 315. n. 594. Teneatur insuper ad servandum pactum transactionis, si clausula est adjecta: *Rato nihilominus manente pacto*. Omisâ hac clausula, si pactum est juramento firmatum, habet vim illius clausulae. n. 595. ubi specialia Juris Bavarici.

Si ex utraque parte non est servata aequalitas moralis, & secundum communem praesentem estimationem in estimatione juris dubij etiam per ignorantiam fiat, laeso satisfaciendum est ad aequalitatem. f. 315. n. 596.

Ut Transactio valeat, abesse debet metus injustus, cadens in virum constantem. Idem cum proportionem de dolo dicendum. feod. n. 597.

Qui speciale mandatum habet compromittendi, potest etiam transigere, & contra. f. 316. n. 598.

Ager potest validè transigere etiam cum Medico. feod. n. 599.

Pupillus infante major, non potest quidem sine auctoritate Tutoris transigere, si tamen transigendo suam conditionem meliorem fecit, tenebit transactio. fol. eod. n. 1000.

Tutores & Curatores transigere possunt eo modo, quo dictum est cum ageretur de eorum potestate. Finita tutela & curatela possunt cum ipsis majorennibus transigere. f. 317. n. 1001.

Transigere etiam possunt Administratores Civitatum & Syndici de rebus mobilibus, excepto Procuratore Caesaris. feod. n. 1002.

Pater circa bona adventitia, quorum administrationem habet, potest transigere. feod. n. 1003.

Creditor cessis alteri actionibus contra suum debitorem, non potest in praesidium Cessionarij transigere cum debitore. feod. n. 1004.

Gg 2

De

De rebus alienari prohibitis transigi non potest, quibundam casibus exceptis. fol. 318. num. 1007. Excipitur 1. Quando ex rationabili causa ad praecedendas lites transigitur auctoritate Principis. n. 1006. Excipitur 2. Quando fit pro re vindicata dubia, ita ut apud eum maneat, quatur vindicatum praetendit. n. 1007. Excipitur 3. Quando est conformis Statuto. fol. 319. n. 1008. Excipitur 4. Si accedat consensus eorum, in quorum favorem res prohibita est alienari. n. 1009.

Non potest transigi circa res in Testamento contentas, antequam constet, quid in Testamento contineatur. fol. 319. n. 1010. Quod si post inspectum Testamentum, & factam transactionem profertur Codicilli, ad hos non extenditur transactio. eod.

Non est necesse, ut Testamentum ipse inspexerit, qui circa contenta transigit, sed satis est, quod ab alijs intellexerit. f. eod. num. 1011.

Non valet renuntiatio, qua transigentes renuntiarent juri annullanti transactionem. fol. 319. n. 1012. Imo nec posset juramento firmari. fol. 320. num. 1013.

Postunt Fideicommissarii inter se pacisci de fideicommissio sibi communiter relicto sub eventu dubio, nec Minor laesus restitueretur. fol. 320. num. 1014.

De alimentis in ultima voluntate relictis praeteritis, non item futuris, transigi potest. fol. eodem. n. 1015. ubi, vide declarationem, & extensionem. num. 1016.

De rebus Ecclesiasticis, ut Beneficio, Jure praesentandi, Decimarum &c. non licet transigere. fol. 321. num. 1017.

De Adulterio, quamvis sit crimen publicum & capitale, transigere inter delinquentem & accusatorem non licet, de alijs vero capitalibus & penam sanguinis, seu vitae irrogantibus delictis, transigere & pacisci licet. fol. 321. n. 1018.

De alijs privatis criminibus, si criminaliter intententur, non licet transigere, bene tamen si civiliter. n. 1019.

Transactio cum uno Accusatore facta non impedit, quominus reus ab alijs accusari possit. fol. 322. n. 1021.

Sicut licet de proprio sanguine, ita etiam de alieno transigere. n. 1022.

Non licet tamen transigere de criminibus non inferentibus penam mortis, sed mutilationis, flagellationis &c. fol. eod. n. 1023.

De Suppro transigere non licet, ubi non est crimen capitale. An haecenus dicta hodiernis moribus obtineant, consuetudo consulenda est. n. 1024.

Transactio aequè litibus finem imponit ac sententia transit in rem judicatum. Unde nec praetextu Instrumentorum de novo reperorum rescinditur: bene tamen si ex falsis instrumentis obtenta esset. fol. 322. n. 1025.

Quando Transactio nudo pacto est inita, tunc, Jure Civili inspecto, parit Reo solum exceptionem,

T,

actori autem salva manet actio, si alter non praestet, de quo convenit. fol. 323. n. 1026. Quando actio praetensa sine sublata per Scipulationem Aquilianam & acceptationem, tunc ad implenda pacta datur actori actio ex stipulatu. n. 1027.

Si dolus intercessit, datur actio de dolo, qua transactione rescissa, prior actio revocatur. fol. 323. n. 1028.

Quando Transactio mutuo consensu dissolvitur, prima causa ex integro reassumitur, & pecunia actori data condicitur. fol. eod. n. 1029.

Si unus solus nolit, vel non possit implere quod promissit, tunc alter agere potest, ut vel impleatur promissa, vel quae data sunt reddantur, & res in integrum restituantur. fol. 323. n. 1030.

Si penitens velit postea fervare fidem transactionis, est audiendus, & hoc sensu non licet in transactione penitere, sicut in alijs contractibus innominatis. n. 1031.

Quando res ab uno transigentium data postea evincitur, potest, qui dedit, conveniri ex stipulatu. fol. eod. n. 1032.

Quando Transactio fit circa rem aliquam particularem, non extenditur ad aliud, de quo poterat moveri controversia, etiam si a principio fuerit aliquid aliud petitum ab adversario. fol. 324. n. 1033. Quando fit circa rem particularem quidem, sed sub universalitate actionum, quibus ea res peti posset, censetur actor ab omnibus actionibus recessisse. n. 1034.

Si petitio fuit generalis vel indefinita, & etiam transactio, censetur extensa etiam ad ea, quae tunc absque alterius dolo non occurrerant. fol. 324. n. 1035. Si tamen dolus intervenisset in occultatione aliquorum, ad ea non extenditur efficax transactio, sed laeso competit actio de dolo. n. 1036. ubi vide casum.

Generalis transactio non comprehendit bona per ultimam voluntatem relicta, si ultima voluntas necdum fuit inspecta. fol. eod. n. 1037.

Quando praestitit petitio particularis, deinde secuta est transactio generalis, non hoc ipso transactio extenditur ad non petita, dummodo verba possint ex communi modo loquendi restringi. n. 1038. ubi exemplum.

Transactionis contractus est stricti Juris. fol. 329. Unde qui de injuria transigit, non censetur remississe Jus persequendi damnum injuria datum, quia est diversum utriusque objectum, nec unum est alterius accessorium. n. 1040.

Tomo 6.

Transactio cum laeso in gravioribus delictis, non excusat a pena ordinaria, nisi alia causa concurrat. fol. 325. n. 540.

Transmissio Haereditatis.

Tomo 2.

Haereditas ab extraneo non adita, nec bonorum possessio agnita, regulariter & per se loquendo non transmittitur ad haeredes. fol. 335. nu. 591. Casus excepti

T.

excepti postea referentur. Ratio fundamentalis est haec. Jus adempti haereditatem aliud non est, quam Jus disponendi de haereditate conditionatum, & dependens a voluntate haeredis, qua accipiet oblatam sibi haereditatem: ergo quando conditio non impletur, nec re ipsa, nec juris fictione, Jus expirat. fol. 336. n. 596.

Descendens in potestate patria constitutus, in proximo gradu haeres sive ex testamento sive ab intestato, decedens haereditate necdum adita, transmittit haereditatem ad haeredes quoscunque Jure Suitatis, quia fit ipso Jure statim dominus haereditatis absque additione. fol. 336. n. 597. Idem dicitur de illis emancipatis, qui ex privilegio retinent Jus Suitatis, v. g. filius professus in Religione capaci successione, transmittit haereditatem patris ad Monasterium. n. 598.

Quamdiu filius non declarat, se velle abstinere ab haereditate, tamdiu re ipsa est haeres, nec haereditas dicitur jecens. eod.

Emancipati non privilegiati Jure Suitatis non gaudent regulariter Jure transmissionis, hoc ipso quia non gaudent Jure Suitatis quoad acquisitionem dominij sine additione. Neque sunt in hoc puncto aequiparati Suis, sed solum quod possint succedere Jure civili: item quod ipsis debeatur legitima aequalis. Et quod ipsidem Juris remedijs eam consequi possint per 30. annos. fol. 337. n. 600.

Immediatus descendens sive Suis sive emancipatus, vel per lineam femininam descendens, nec adita nec repudiata haereditate transmittit eandem Jure sanguinis ad haeredes Suis, non autem extraneos. fol. eod. n. 601. Et hoc non solum verum est, quando desertur successio Jure civili, sed etiam quando opus est Jure praetorio, nempe bonorum possessione. Nam quidquid Lex statuit circa haereditatem, extenditur etiam ad bonorum possessionem delatam Jure praetorio. nu. 602. Haereditas conditionate relicta, conditione non impleta non transmittitur. eod.

Quicumque haeres sciens sibi delatam haereditatem seu ex Testamento seu ab intestato, si intra annum deliberationis decedat, transmittit haereditatem ad quoscunque Haeredes, ita ut residuum tempus ad deliberandum illis cedat. fol. 338. n. 603.

Minor 25. annis, cum ignorantia delatae haereditatis decedens, transmittit probabiliter beneficium restitutionis in integrum ad acquirendum jus deliberandi. eod.

Transmissioni esset locus etiam ad excludendum substitutum, quia Substitutio tunc primum sortitur effectum, quando institutus nec est ipse Haeres, nec alium fecit haeridem, quod tamen fit Jure transmissionis, vi cuius institutus non est penitus exclusus, & ideo provisio substitutionis cedit provisiōi Legis. fol. eod. n. 605. & seq. Unde sequitur, quod Jus transmissionis fit fortius Jure accrescendi: Nam Jus substitutionis est fortius Jure accrescendi, & Jus transmissionis est fortius Jure substitutionis. n. 607.

Infans haereditatem sibi relictam nec tamen aditam, transmittit ad parentes, ex Lege 18. de Jure deliber. fol. 335. n. 608.

Transmissione an excludatur substitutus vulgariter, vide, Substitutio vulgaris.

Transmissio haereditatis delatae Religioso professo in Religione capaci successione, necdum adita, fit in Monasterium, excluso substituto profano. fol. 337. n. 40.

Haeres suus probabiliter transmittit haereditatem ultra Legitimam relictam Jure Suitatis, excluso substituto vulgariter. fol. 335. n. 27.

Transumpta.

Tomo 5.

Transumptum vocatur, quod ab originali describitur, & etiam vocatur Copia, vel Exemplar. Quod si solum unam partem ex Originali referant, vocantur, Memoria. fol. 333. n. 407. & seq.

Scriptura ab eodem Notario, a quo Originale, confecta, & illi simillima, eandem vim habet, quam Originale. fol. eod. nu. 409. Imo sufficit a Notario subseribi. fol. 334. n. 410.

Copia facta a privato, nullam habet fidem contra Adversarium. n. 411. Ne quidem si in archivo reposita esset. eod.

Scriptura facta ab alio Notario quam illo qui fecit Originale, non habet vim Originalis ad probandum ipsum Negotium Gestum & naratum, etiam si de cetero habeat omnes solennitates requisitas ad Instrumentum Authenticum. fol. eod. n. 412.

Exemplum transumptum per personam publicam auctoritate Judicis Ordinarij, vel ad hoc specialiter delegati, plene probat etiam non producto originali. fol. 335. n. 417.

Judex Ordinarius petentis fieri transumptum, debet insuper citare alteram partem, cujus potest interesse. n. 419.

Si in Originali existet cancellatio suspecta, impedit exemplationem. n. 420.

Transumptum ex commissione Judicis Ordinarij, & extractum ex Protocollo Notarij defuncti, probat etiam non producto Originali. n. 421.

Transumptum asseratum in Arhivo publico ad hoc specialiter erecto, ut in eo non reponatur nisi Scripturae Authenticae, addita inscriptione ab Archivario, facit plenam fidem. fol. 336. n. 422.

Si scriptum aliquod est adeo antiquum, ut non constet, an sit Originale vel Transumptum, praesumitur esse Originale. Imo si constaret esse Transumptum, privilegio antiquitatis, quo minores probationes sufficiunt, probaret regulariter. n. 423. & seq. ubi vide limitationem.

Trapezita.

Tomo 4.

Idem est quod Nummularius, Mensularius, Argentarius. Differt a Campfore, quod non solum est operam principalem permutationi pecuniarum